Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber XV de civitatibvs [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

hominis oris appertio·translata a feris·quarum auiditas oris
adapertione monstrat ¶ Profundum proprie quasi cuius por/
ro sit fundus·abusiue autem ꝓfundum vel sursum vel deorsum
dicitur·ut mare ac terra caelumq; profundum ¶ Baratru nimie
altitudinis nomen est· & dictum baratrum quasi vorago atra
scilicet·a profunditate dicta ¶ Herebus inferorum profunditas
atq; recessus ¶ Stix id est a tristicia dicta·eo q;
tristes faciat·vel q; tristiciam gignat ¶ Cocitus locus inferi·de
quo iob loquitur. Cocitus autem nomen accepit greca interpre
tatione a luctu & gemitu ¶ Tartarus vel quia illic omnia tur/
bata sunt id ē quod verius est
id est a timore frigoris·quod est algere & rigere·scilicet q; a luce
soleq; caret. Nam neq; illic vapores sunt·q; ex solis luce gignunt
neq; flatus qui eiusdem motibus incitantur· sed perpetuus stu/
por. Tartari;in enim horrere & tremere apud grecos·legit enim
Illic erit fletus & stridor dentium. ¶ Gehenna est locus ignis
& sulphuris·quem appellari putant a valle idolis consecratam·
que est iuxta muru hierusalem·repleta olim cadaueribus mor/
tuorum. Ibi enim hebrei filios suos immolabant demonibus·
& appellabat locus ipe gehennon. Futuri ergo supplicii locus
vbi peccatores cruciandi sunt·huius loci vocabulo designatur.
Duplicem autem esse gehennam·& ignis et frigoris in iob le
mus. ¶ Inferus appellatur eo q; infra sit. Sicut autem secudum
corpus·si ponderis sui ordinem teneant inferiora sunt omia gra
uiora·ita secundum spiritu inferiora sunt omia tristiora. Vnde
& in greca lingua origo nominis quo appellatur inferus·ex eo
q; nichil suaue habeat resonare perhibetur. Sicut autem cor ani/
malis in medio eius est·ita & infernus in medio terre esse perhi
betur. Vnde & in euangelio legimus·in corde terre. Philosophi
autē dicunt q; inferi ꝓ eo dicantur·q; anime hinc ibi inferantur

Finit liber·xiiii·

INCIPIT·LIBER·XV·DE·CIVITATIBVS

DE·AVCTORIBVS·CONDITARŪ
VRBIVM·PLERVMQ;·DISSEn
SIO·INVENITVR·ADEO·VT nec
vrbis quidem rome origo diligēter possit
agnosci. Nam salustius dicit. Vrbē sicuti

ego accepi·condidere atq; habitauere initio troiani· & cum his aborigines. Alii dicunt ab euandro·secundũ q; virgilius. Tunc rex euandrus romanae conditor arcis. Alii a romulo·ut ennius· Nate auspiciis illa inclita roma. Si igitur tante ciuitatis certa ra/tio non apparet·non mirum si in aliarum oppinione dubitatur Vnde nec historicos nec cõmentatores varia dicentes imperitie condemnare debemus·quia antiquitas ipa creauit errorẽ. Sane quasdam de quibus aut sancte scripture· aut historie gentium certam originẽ referunt·paucis admodum verbis retexere opor tet. ¶ Primus ante diluuium cain ciuitatem enoch ex noie filii sui in india condidit·quam vrbem sola multitudine sue posteri tatis impleuit. ¶ Primus autẽ post diluuium nembroth gigas babilonem vrbem mesopotamie fundauit. Hanc & semira/mis regina assiriorum ampliauit· murumq; vrbis bitumine & cocto latere fecit. Vocabulum autem sumpsit a confusiõe· eo q; ibi confuse sint atq; permixte lingue edificantiũ turrim ¶ Iudei asserunt sem filium noe quem dicunt melchisedech primũ post diluuium in siria condidisse vrbem salem· in qua regnum fuit eiusdem melchisedech. Hanc postea tenuerunt iebusei·ex q bus & sortita est vocabulum iebus·sicq; duobus nominibus copu/latis·iebus & salem vocata est ierusalem·que postea a salemone ierosolima quasi ierosalomonia dicta est. Hec & corrupte a po/etis solima nuncupata est. Et postea ab helio adriano helia vo citata est. In ipa est & sion·que hebraice speculatio interpretatur eo q; in sublimi constructa sit·& de longe venietia cõtempletur Hierusalem autem pacifica in nostro sermõe transfertur ¶ Op/pida autem nobilia qui constituerint dionisius qui & liber pa ter cum indiam victor perambulasset· nisam vrbem ex suo no/mine iuxta indum fluuiũ condidit· & quinquaginta milibus hominum adimpleuit ¶ Medus autem egei filius mediam con struxit. Vnde & regio eius medie nomen sortita est ¶ Persepo/lim vrbẽ caput persici regni·perseus adie filius condidit famo/sissimam confertissimamq; opibus· a quo & persida dicta est. Hic tesifontem quoq; parthi apud parthiam condiderunt· in emulationem babilonie vrbis ¶ Susis oppidum perside aiunt· mennonis fratrem constituisse. Dictum autem susis q; immi/neat suse fluuio. Ibi est regia ciri·lapide candido & vario· cum columnis aureis & lacunaribus gemmisq; distincta·continens

etiam simulachrum celi stellis micantibus presignatū·et cetera humanis mētibus incredibilia. ¶ Bactriu oppidum bactriani condiderunt·ex ꝓprio amne cognominantes· qui bactrus vo/catur ¶ Carra ciuitas mesopotamie trans edissam·condita a parthis·vbi quondam romanus est cesus exercitus· & crassus dux captus. ¶ Edissam vrbem mesopota condidit nembroth filius chus postq̄m de babilone migrauit· in qua & regnauit· q̄ ante iareth cognominata est. Ipse construxit & calanne·que postea verso nomine a seleuco rege dicta est seleucia ¶ Philadelphiam vrbem arabie condidit raphaim gens antiquissima·quā interfe/cerunt filii loth ¶ Seleucus vnus ex pueris alexandri·post mortem eiusdem alexandri· occupato regno orientis· vrbem in siria condidit·eamq; ex antiochi patris sui nomine antiochiam nuncupauit·& sirie caput instituit. Ip̄e quoq; laodiciam et seleuciā ip̄e & apamiā & edissam vrbem construxit. ¶ Damascus sirie condita et nuncupata a damasco dispensatoris abrahe filio. Nec antea in omni siria tenuit principatum·necdum enim ibi flore/bant antiochia·laodicia· & apamia·quas vrbes post alexandrū constructas esse cognoscimus. Hic est damascus quē abraham futurum sibi heredem dixerat·anteq̄m esset illi promissus ysaac. ¶ Gaza oppidum palestine condiderunt euei·in qua habitaue/runt capadoces p̄stinis cultoribus interfectis. Vocata autē gaza eo q; ibi cambises rex persarū thesauros suos posuit· cū bellum egiptiis intulisset. Persarum enim lingua thesaurus gaza eo no/minatur ¶ Philistim vrbem condiderunt allophili. Ipsa ē asca/lon·de qua superius memorauimus· nūcupata ex nomine ces/loim·qui fuit nepos caim·& filius mesraim. ¶ Dor vrbs fuit· quondam potentissima·& versa vice stratonis turris· postea ab herode rege iudee in honore cesaris augusti caesarea nuncupata. In qua cornelii domum xp̄i vidit ecclesia·& philippi ediculas· & cubiculum quatuor virginum prophetarum ¶ Ioppe oppi/dum palestine maritimum·idem palestini edificauerūt·vbi saxum ostenditur·quod vinculorum andromade adhuc vestigia retinet·cuius belue forma eminētior elephantis fuit ¶ Hiericho a iebuseis condita traditur·a quibus & nomen traxisse perhibe/tur. Nanc subuertit iesus postq̄m struxit aliam ozam de bethel ex tribu effraim. Sed et haec eo tempore quo hierusalem oppugnabatur a romanis ꝓpter perfidiā ciuium capta atq; destructa

est· ꝓpter quam tercia edificata est vrbs· que vsq; hodie perma/
net. ¶ Sichem samarie vrbem·que latine & grece sicima vocat·
edificauit emor·appellauitq; eam nomie sichem filii sui. Ipa est
nunc neapolis ciuitas samaritanorum ¶ Bethel vrbem samarie
condiderunt iebusei·que prius vocabat luza. Sed postq̃m dor/
miens ibi iacob vidit scalam innitentem celo·& dixit. Vere hic
locus domus dei est & porta celi. Hac ex causa nomẽ locus ac/
cepit bethel·id est domus dei. Quando autem ibi ab ieroboam
vituli aurei fabricati sunt·vocata est betauen·id est domus idoli
que antea vocabat domus dei. ¶ Bethleem iuda ciuitas dauid·
que mundi genuit saluatorem a iebuseis cõdita fertur· et vocata
primum effrata. Quando autẽ iacob ibi pecora sua pauit·eidem
loco bethleem nomẽ quodam vaticinio futuri imposuit· quod
domus panis interpretatur·propter eum panem qui ibi de celo
descendit ¶ Ebron ciuitas iudee que quondam vocabatur arbe
condita est a gigantibus ante septẽ annos q̃m ab eis tanis vrbs
egipti conderetur. Ipsa est arbe a numero ita vocata·q; ibi tres
patriarche sepulti sunt & quartus adam. Ipa est et mambre vo
cata ex vno amico abrahe ¶ Samariam a qua omnis regio que
circa eam fuit nomen accepit·sennacharib rex assiriorũ ꝯstruxit·
vocauitq; samariã id est custodiam·quia quãdo israhel transtu/
lit in medos·ibi custodiam constituit. Hanc obsidione captam
antiochus solo coequauit·quam postea herodes a fundamẽtis
instaurans in honorem augusti augustam id est sebastiã greco
sermone vocauit. Ibi siti sunt heliseus et abdias prophete·et quo
non maior inter natos mulierum fuit iohannes baptista ¶ Ti/
beriadem vero herodes alius in iudea in nomine tiberii cesaris
condidit. ¶ Tirus vrbs fenicum condita a fenicibus fuit. Hec ẽ
ciuitas ex qua aurum regi salemoni deferebatur·in qua optima
purpura tinguitur. Vnde & tiria dicitur nobilis purpura ¶ Fe
nices a rubro mari profecti sidonem vrbem opulentissimã con
diderunt·quam a piscium copia sidonem appellauerunt. Nam
piscem fenices sidon vocant. Ipsi etiam tirum in siria·ipi ut beti/
cam in affrica hipponem·leptim·aliasq; vrbes in ora maritima
condiderunt. Ipi thebas in boecia duce cathmo. Ipsi postremo
in vltima orbis tendentes·vrbem in oceano condiderunt·eamq;
lingua sua cades nominauerũt. Nam mos erat antiquis fenicũ
gentis· cum multis simul mercandi causa a domo proficisci·&

cum incolarum animos cõmertio rerum his ante incognitarũ
sibi conciliassent·loca que condendis vrbibus idonea videbant·
capere. Ex his profecta & dido in litus affrice vrbem condidit
et carthadam nominauit·quod fenica lingua exprimit ciuitatẽ
nouam. Mox sermone verso carthago est dicta. Hãc scipio de/
leuit·que autem nũc est·postea a romanis condita est ¶ Carta/
go aũt antea birsa·postea tirus dicta ẽ·deinde carthago ¶ Mem
phim ciuitatẽ egipti edificauit epauus iouis filius cũ in secunda
egipto regnaret. Haec est vrbs in qua carta nascitur· vbi etiam
optimi mathematici fuerunt. Nam hanc vrbẽ magicis artibus
d editam pristini vsq; ad presens tempus vestigia erroris osten/
dunt. ¶ Thanis metropolis egipti· vbi pharo fuit·& moyses
cuncta signa fecit que in exodo scribuntur. Hanc construxisse
perhibentur titanes id est gigantes·& ex suo nomine nuncupa
uerunt ¶ Eliopolis vrbs egipti·que latine interpretatur solis ci
uitas·sicut lxx·interpretes arbitrantur. Edificata est autẽ a filiis
israhel·in qua phutifares sacerdos fuit· cuius meminit ezechiel.
¶ Vrbem alexandriam condidit alexander magnus· cuius &
nomen detinet. Hanc enim idem in terminis regionis affrice et
egipti constituit·& caput esse regiõis egipti iussit. Interiacet aũt
inter egiptum & mare· quasi claustrum importuosa. Haec est
vrbs egipti postea versa in alexandriam ¶ Thebas egiptias con
didit cathmus·que inter aegiptias vrbes numero portarũ no bi/
liores habent·ad quas cõmercia arabes vndiq; subuehũt. Hinc
regio thebaida dicta est. Thebee autem et boecie sunt et egiptie
vno tamẽ auctore sunt condite ¶ Ptolomais & beronice a regi/
bus egiptiis nominate·a quibus & edificate fuerunt ¶ Tarsum
cilicie danaes proles perseus edificauit·de qua ciuitate fuit pau/
lus apostolus. Natus inquit tharso cilicie. Quidam &iã locus
indie tharsus vocatur ¶ Seleuciam ysaurie condidit seleucus q
& anthiochiam. ¶ Ilus autem appollinis filius in frigia ilium
condidit ¶ Amazones ephesum in asia construxerũt ¶ Theseus
vero smirnam construxit·quae homero poete patria extitit. Et
smirna vocata·q; eius cãpos ernius fluuius secat. ¶ Dioscoriã
colchorum vrbem amphiatus & circius aurige castoris & pol/
lucis fabricauerunt·& ex eorum nomine eam cognominantes.
Nam castor & pollux grece dioscori appellantur ¶ Nicomedia
a nicomedo rege bithinie edificata est ¶ Bithinia cõdita a fenice

x1

que primum mirandina vocabatur ¶ Constantinopolim vrbē
grecie constantinus ex nomine suo instituit·solam rome meri/
tis & potentia adequatam. Haec condita primū a pausino rege
spartanorum. Et vocata bizantium· vel q; tantum pateat inter
adriaticum mare & propontidem· vel q; sit receptaculum terre
marisq; copiis. Vnde & eam constantinus aptissimam condere
iudicauit·ut receptaculum sibi terre marisq; fieret. Vnde & nūc
romani imperii sedes & tocius caput est orientis· sicut & roma
occidētis ¶ Epirus ciuitas tracie condita est a pirrho & cogno
minata ¶ Athenas melladas cecrops condidit·& ex suo nomie
cecropiam nomiauit. Hanc anfixion idem qui in grecia tercius
post cecropem regnauit minerue sacrauit·& nomē ciuitati athe
nas dedit. Nam minerua grece athenas dicitur. Vnde & miner
uam greci inuētricem multarum artium asserunt·quia & littere
& artes diuersorum studiorum & ipa philosophia veluti tem/
plum athenas habuerunt ¶ Corinthum in achaia condidit co/
rinthus orestis filius. Hanc greci corintheam vocāt· hoc est ad/
ministrationem reipublice. ¶ Thebas boecie cathmus veniens
a fenicibus cōdidit thebis egiptiis prius ab eo constructis ¶ La
cedemonia condita a lacedemōe semele filio ¶ Sparta ab sparto
filio foronei vocata·qui fuit filius inachi. Ipsam autem esse spar
tam quam & lacedemoniam ciuitatem atq; inde lacedemonios
spartanos dici ¶ Achaia ab acheo constructa ¶ Pelops q apud
argos regnauit peloponensem vrbem condidit. ¶ Cecrops in
insula rhodos rhodum edificauit. ¶ Carpatus eodum. ¶ Aeos
tiphonis filius paphum ¶ Angeus ligurgi filius samū ¶ Dar/
danus aūt condidit dardaniam. ¶ Thesaloniam thessalus greci
filius edificauit·in qua etiā regnauit ¶ Brundusium construxe/
runt greci. Brundusium autem dictum est grece· q; brunda ca/
put cerui dicatur. Sic est enim ut & cornua videantur & caput
& lingua in positione ipius ciuitatis ¶ In italia autem a iano ia
niculum·a saturno saturnia atq; latium conditum· eo q; ibi fu/
giens latuisset cognomiatum ¶ Ab hercule in campania pom/
peia·qui victor ex hispania pompam boum duxerat ¶ Aeneas
autem post excidium troie in eandem italiam veniēs· ab vxoris
noie lauinia cōdidit ¶ Ascanius vero relicto lauinie nouerce sue
regno albam longam edificauit. Alba autem vocata propter co
lorem sui. Longa quia longum oppidum est·iuxta prolixitatem

collis in quo positum est. Ex hac &iam vrbe reges albanorum appellari ceperunt ¶ Capuain capis siluius rex albanorum construxit·appellata nomine conditoris. Licet & sint qui dicāt a capacitate eam capuam dictam· q̄ eius terra omnem vite fructū capiat. Alii a locis campestribus in quibus sita est. Est autem caput vrbium campanie· inter tres maximas romam carthaginemq; numerata·ex qua & prouincia italie campania dicta est ¶ Romulus cum interfecto apud albam amulio· auum munitorem in regnum constituisset·in eum locū vbi nunc roma est deuenit·ibiq; sedes posuit·menia construxit·vrbemq; ex suo nomine romam vocauit. Nanc autem antea euander dicitur cōdidisse·ut est illud. Tunc pater euander romāe cōditor arcis. Ancus marcius ex filia nume pomphilii natus ē· hic vrbē in exitu tiberis condidit·quae & peregrinas merces exciperet·& hostem moraret̄·quam ab ipo situ hostiam appellauit. ¶ Galli q̄dam intestina discordia & assiduis discessionibus suorū permoti sedes nouas querētes italiam profecti sunt sedibusq; ꝓpriis tuscis expulsis mediolanum atq; alias vrbes condiderunt. Vocatū aūt mediolanum·ab eo q̄ ibi sus sub medio lanea perhibet̄ inuēta. Historiis placet a messapo greco messappie datā originē· versa postmodum in nomē calabrie· quam in exordio cenotri frater peucecius peuceciam nominauerat. ¶ Manto thiresie filia post interitū thebanorū dicit̄ delata in italiam mantuam condidisse. Est autem in venecia quae gallia cisalpina dicitur. Et mantua dicta·q̄ manes tuet̄ ¶ Parthenopia a parthenope virgine quadam illic sepulta partenopia appellata· quod oppidum postea augustus neapolim esse maluit. ¶ Ad ꝓmunctoriū leuchaten in quo actium appollinis templum fuit· bellum augustus cōtra antonium gessit·quo victo vrbem in actiaco sinu condidit· quam a victoria nicopolim appellauit ¶ Palanthus pathenio/rum dux parthenios ꝯstituit ¶ Taras neptuni filius fuit· a quo tharentum ciuitas & condita & appellata est ¶ Cum cirus maritimas vrbes grecie occuparet·& focenses ab eo expugnati omnibus angustiis premerētur·iurauerunt ut profugerent q̄m ongissime ab imperio persarum· vbi nec nomen quidem eorū audirent·atq; ita in vltimos gallie sinus nauibus profecti·armisq; se aduersus gallicam feritatem tuentes marsiliam condiderunt· & ex nomine ducis nuncupauerunt. Nos varro trilingues esse

dicit·q̃ & græce loquantur & latine & gallice ¶ Narbonam &
arelatum et pictauis coloni proprii condiderunt ¶ Burdegalim
appellatam ferũt·q̃ burgos gallos primum colonos habuerit·
quibus antea cultoribus adimpleta est ¶ Terraconam in hispa/
nia scipiones construxerunt·ideo caput est terraconensis ꝓuin/
cie ¶ Caesaraugustam terraconensis hispanie oppidum a cesare
augusto & situm & nominatum·loci amenitate & deliciis pre
stantius ciuitatibus hispanie cũctis·atq; illustris·florẽs sancto/
rum martirũ sepulturis ¶ Affri sub hannibale maritima hispa
nie occupantes·carthaginem spartariam construxerunt·q̃ mox
a romanis capta & colonia facta nomen etiam prouincie dedit
Nunc autem a gothis subuersa atq; in desolationem redacta est
¶ Saguntum greci ex insula iacincto profecti in hispaniã con/
diderunt·quam afri postea bello impetitã deleuerunt ¶ Emeri
tam caesar augustus edificauit·postq̃m lusitaniam et quasdam
oceani insulas cepit·dans ei nomẽ ab eo q̃ ibi milites veteranos
constituisset. Nam emeriti dicuntur veterani solutiq; a militia.
¶ Olisipona ab vlixe condita est & nuncupata·quo locõ sicut
historiographi dicunt celum a terra & maria disiungũtur a ter
ris. ¶ Hispalim cesar iulius condidit·quam ex suo nomine &
rome vrbis vocabulo iuliam romam nuncupauit. Hispalis aũt
a situ cognominata est·eo q̃ in solo palustri suffixis profundo
palis locata sit·ne lubrico atq; instabili fundamẽto caderet ¶ Ga
dis oppidum a penis id est a grecis conditum· qui & iam et car
thaginem spartariam condiderunt ¶ Septem oppidum a mon
tibus septẽ·qui a similitudine fratres vocati·gaditano imminent
freto ¶ Tingis ciuitatis & lixis ciuitatis anteus auctor ẽ·quem
hercules fertur lucte certamine superatum interfecisse ¶ Lix aũt
a lixo flumine mauritanie nuncupata·vbi antei regia fuit. Et sa/
la q̃ immineat sale flumini ¶ Cesarea mauritanie oppidũ iuba
rex maurorum in honore cesaris augusti condidit· quã ex eius
nomine cesaream appellauit. Sicut herodes aliam cesareã in pa/
lestina·que nunc vrbs est clarissima ¶ Icosium cesariensis mau
ritanie oppidũ·hercule illuc transeunte·xx·a comitatu eius disce
dentes construxerunt. Hanc ne quis imposito a se nomine pri/
uatim gloriaretur· de condentiũ numero vrbi icosio nomen est
datum ¶ Cirene regina fuit libie·que ex suo nomine ciuitatem
cirenen condidit·ex qua & libiam cirenensem vocauit

De Edificiis publicis Ca·ii

Ciuitas est hom num multitudo societatis vinculo adunata·dicta a ciuibus· id est ab ipis incolis vrbis· pro eo q; plurimorum consciscat & contineat vitas. Nam vrbs ipa menia sunt. Ciuitas autem non saxa·sed habita/tores vocantur. Tres autem sunt societates·familiarum·vrbium gentium Vrbs vocata ab orbe·q; antique ciuitates in orbe fi/ebant. Vel ab orbe parte aratri·quo muri designabantur. Vnde est illud. Optauitq; locum regno & cócludere sulco. Locus enī future ciuitatis sulco designabat id est aratro. Cato· Qui vrbē inquit nouā condit· tbauro & vacca aret·vbi arauerit murū fa/ciat. Vbi portam vult esse aratrum sustollat & portet· & portā vocet. Ideo autem vrbs aratro circumdatur dispari sexu iuuen/corum·propter commixtionem familiarū·& imaginem serētis fructumq; reddentis. Vrbs autem aratro conditur·aratro vertitē Vnde & oracius. Imprimeretq; muris hostile aratrum Oppi dum quidam ab oppositione murorū dixerunt. Alii ab opibus recondendis·eo q; sit munitum. Alii q; sibi in eo conuentus ha bitantium opem det mutuam contra hostem. Nam primū ho mines tanq̄m nudi & inermes·nec contra beluas presidia habe bant·nec receptacula frigoris & caloris·nec ipi inter se homies ab hominibus satis erāt tuti. Tandem naturali sollercia spelun/cis siluestribusq; tegumentis tuguria sibi & casas virgultis ha/rundinibusq; contexuerunt·quo esset vita tutior·ne his qui no/cere possent aditus esset. Haec est origo oppidorum·que q; opē darent idcirco oppida nominata dixerunt. Oppidum aūt mag nitudine & menibus discrepat a vico & castello & pago Ci/uitates aūt colonie aut municipia·aut vici·aut castella·aut pagi appellantur Ciuitas proprie dicit quam non aduene sed eo/dem innati loco condiderunt. Ideoq; vrbes a propriis ciuibus condite ciuitates non colonie nuncupantur Colonia vero est que defectu indigenarum nouis cultoribus adimpletur. Vnde & colonia a cultu agri est dicta Municipium ē quo manēte statu ciuitatis ius aliquod minoris aut maioris officii a prin/cipe impetrat. Dictum autē municipium a muniis id ē officiis q; tantum munia id est tributa· debita· vel munera redduntur. Nam liberales & famosissime cause & que ex principe profici/scuntur ibi non agunt·haec enim ad dignitatē ciuitatu pertinēt

¶ Vici & castella & pagi hi sunt·qui nulla dignitate ciuitatis ornantur·sed vulgari hominum conuentu incoluntur·et ꝓpter paruitatem sui maioribus ciuitatibus attribuuntur ¶ Vicus autem dictus ab ipis tantum habitatiōibus· vel ꝙ vias habeat tātum sine muris·est autem sine munitione murorum. Licet et vici dicantur ipe habitationes vrbis. Dictus autem vicus·eo ꝙ sit vice ciuitatis ¶ Castrum antiqui dicebant oppidum loco altissimo situm·quasi casam altam. Cuius pluralis est numerus castra·diminutiuum castellum est·siue ꝙ castrabatur licentia in ibi habitātium·ne passim vaga hosti pateret ¶ Pagi sunt apta edificii loca·inter agros habitantibus. Hec & conciliabula dicta· a conuentu & societate multorū in vnum ¶ Competa sunt vbi vsus est conuentus fieri rusticorum. Et dicta competa ꝙ multa loca in agris eodem competunt·& quo cōuenitur a rusticis ¶ Suburbana sunt circūiecta ciuitatis edificia·et quasi sub vrbe ¶ Menia sunt muri ciuitatis·dicta ab eo ꝙ muniant ciuitatem· quasi munimenta ciuitatis vel vrbis·id est tutamenta. Munium autē dictum quasi manu factum·sicut & muri a munitione dicti· quasi muniri·eo ꝙ muniant & tueantur interiora vrbis Menia autem duplicem habent significationem. Nam interdū menia abusiue dici solent omnia edificia publica ciuitatis·ut. Diuidimus muros·& menia pādimus vrbis. Proprie autē menia sunt tantum muri ¶ Murus aut turribus propugnaculisq; ornatur ¶ Turres vocate ꝙ teretes sint & longe. Teres enim est aliquid rotundum cum proceritate·ut columna. Nā et q̄ muris quadrate aut late construantur·procul tamen a videntibus rotunde existimantur. Ideo quia omne cuiusq; anguli simulachrū per longum aeris spacium euanescit atq; consumitur· & rotundum videtur. ¶ Propugnacula pinne murorum sunt· dicta quia his propugnatur ¶ Promurale vero eo ꝙ sit pro munitione muri· est enim murus proximus ante murum. ¶ Porta dicitur quia potest vel importari vel exportari per eam aliquid. Proprie aut porta aut vrbis aut castrorum vocitatur·sicut superius dictū ē. ¶ Vicus ut predictum est ipe habitationes vrbis sunt. Vnde et vicini dicti ¶ Vie ipa spacia angusta q̄ inter vicos sunt ¶ Platee perpetue ac latiores ciuitatum vie sunt·iuxta proprietatē lingue grece a latitudine nuncupate. Platos enim graeci latum dicunt. ¶ Quintane pars platee quinta est· qua carpentum progredi

potest ¶ Cloace dicte q̃ his percolantur aque. Nas primum ro
me fecisse dicunt tarquinium priscum·ut quotiens pluuiarum
inundatio existeret· per eas aque extra ciuitatem emitterentur·
ne maximis perpetuisq̃ tempestatibus planiciem fundamenta
vrbium strages aquarum subuerteret ¶ Imbuli vel quia subuo
lumina sunt·vel q̃a sub his ambulant·sunt enim porticus hinc
inde platearum ¶ Forus est exercendarum litium locus·a fan/
do dictus·siue a foroneo rege·qui primus graecis legem dedit.
Haec loca & prorostra vocantur·ideo q̃ ex bello punico captis
nauibus carthaginensium rostra ablata sunt·& in foro romano
prefixa·ut essent huius insigne victorie ¶ Curia dicit·eo q̃ ibi
cura per senatum de cunctis administraretur. ¶ Pretorium·eo
q̃ ibi pretor sedeat ad discuciēdum ¶ Gimnasium generalis est
exerciciorum locus. Tamen apud athenas locus erat vbi disce/
batur philosophia·et sapientie exercebatur studium. Nam gim
nasium generalis graece quod latine exercicium dicitur·hoc est
meditatio. Sed & balnea & loca cursorum & athletarum gim/
nasia sunt·eo q̃ illic omnes in sue artis studio exercitentur ¶ Ca/
pitolium rome vocatum· eo q̃ fuerit romane vrbis & religiōis
caput summum. Alii aiunt cū tarquinius priscus capitolii fun/
damenta rome apperiret·in loco fundamenti caput hominis lit
teris tuscis notatum inuenit·& proinde capitolium appellauit.
¶ Arces sunt partes vrbis excelse atq̃ minute. Nam quecunq̃
tutissima vrbium sunt·ab arcendo hostem arces vocātur. Vnde
& arcus & arca ¶ Circum romani dictū putāt·a circuitu equo
rum·eo q̃ ibi circum metas equi currant. ¶ Theatrum autem
ab spectaculo nominatum q̃ in eo populus
stans desuper atq̃ spectās ludos scenicos contemplaret ¶ Am/
phiteatrum vero vocatum q̃ ex duobus sit theatris cōpositum
Nam amphiteatrum rotundum est. Theatrum vero ex medio
amphiteatri est·semicirculi figuram habens ¶ Laborinthus est
perplexis parietibus edificium·qualis est apud cretam a dedalo
factus·vbi fuit minotaurus inclusus in quo siquis introierit si/
ne glomere lini· exitum inuenire non valet. Cuius edificii talis
est situs·ut apperiētibus fores·tonitruum intus terribile audiat.
Descenditur centenis vltra gradibus·intus simulachra & mon
strifice effigies in partes diuersas transitus innumeri per tene/
bras & cetera· ad errorem ingrediētium facta·ita ut de tenebris

eius ad lucem venire impossibile videat. ¶ Quatuor autem sunt
laborinthi. Primus egiptius. Secūdus creticus. Tercius in lem/
no. Quartus in italia·omnes ita constructi·ut dissoluere eos nec
vlla secula quidem possint ¶ Pharus turris est maxima·quam
greci ac latini in cōmune ab ipius rei vsu pharum appellauerūt
eo q̄ flammarum inditio longe videatur a nauigantibus·qua/
lem ptolomeus iuxta alexandriam construxisse octingentis ta
lentis traditur. Vsus eius est nocturno nauiū cursu ignes ostē/
dere·ad nuncianda vada portusq̄ introitus· ne decepti tenebris
nauigantes in scopulos incidant. Nam alexandria fallacibus va
dis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in porticibus machi
nas ad prelucendi ministerium fabricatas pharos dicunt. Nam
phos lux est·phoros visio dicit. Vnde et lucifer grece phosforos
appellatur ¶ Coclee sunt alte & rotunde turres. Et dicte coclee
quasi ciclee·q̄ in eis tanq̄m per circulum orbem q̄ conscendat·
qualis est rome centum septuagintaquinq̄ pedibus. ¶ Terme
appellate q̄ caleant. Greci enim termon calorē vocāt. ¶ Balneis
vero nomen inditum a leuatiōe meroris. Nam greci balamon
dixerunt·q̄ anxietatem animi tollat. Nec & gimnasia dicūtur·
quia ibi athlete vncto corpore & perfricato manibus exercitan
tur. Nam gimnasium graece latine exercitium dicitur· gimnas
vero nudus ¶ Apoloterium vbi lauantium vestimēta ponunt
ab exuendo dictum. Apoloterin enim grece exuere dicit ¶ Po/
pina grecus sermo est·qui apud nos corrupte propina dicitur·
est autem locus iuxta balnea publica·vbi post lauacrum a fame
& siti reficiuntur. Vnde & propina & propinare dicitur. Pina
enim grece famem significat eo q̄ hic locus famem tollat ¶ Ta
berne olim vocabantur edicule plebeiorum parue & simplices
in vicis·axibus & tabulis clause. Vnde & tabernarii·q̄ ibi sole/
ant considere. Dicte autem taberne·q̄ ex tabulis ligneis erāt cō/
structe·que nunc etsi non speciem·nomen tamen pristinum re/
tinet ¶ Macellum dictum q̄ ibi mactentur pecora·que vēdun
tur mercantibus. Mercatum autem a commercio nominatum·
Ibi enim res vendere vel emere solitū est ¶ Sicut et theloneum
dicit vbi merces nauium & nautarum emolimenta redduntur
ibi enim vectigalis exactor sedet·precium rebus impositurus et
voce a mercatoribus flagitans ¶ Carcer est a quo prohibemur
exire·& dictus carcer a coercendo ¶ De. Habitaculis ¶ Ca·iii

Habitatio ab habitãdo vocata·ut·habitare casas ¶ Domus ex greca appellatiõe vocata. Nam domata greci tecta dicunt. Est autem domus vnius familie habitatio·sicut vrbs vnius populi·sicut orbis domicilium tocius generis humani. Omne edificium domus antiq edem appellauerũt ¶ Alii edem ab edendo quidem sumpsisse nomen existimantdantes exemplum de platone. Si vocassem vos in edem ad prandium. Hinc & edificiũ· eo q̃ fuerit prius ad edendum factum. ¶ Aula domus est regia siue spaciosum habitaculum· porticibusq; quatuor conclusum ¶ Atriu magna edes est·siue amplior et spaciosa domus. Et dictum est atrium·eo q̃ addantur ei tres porticus extrinsecus. Alii atrium quasi ab igne & ligno atrum dixerunt·atrum enim fit ex fumo ¶ Palacium a palante principe archadum dictum·in cuius honore archades palanteum oppidum construxerunt·et regiam in ipius nomine conditam palacium vocauerũt. ¶ Thalamum hac ex causa vocatum ferunt cum enim rapte fuissent a romanis sabine· ex quibus cum vna ante alias specie nobilitatis cum magna omnium admiratione raperetur·talamoni duci eã oraculo responsum est dari & quoniam hee nuptie feliciter cesserãt·institutum est ut in omnibus nuptiis thalami nomen iteretur. Egiptii quoq; lingua sua loca in quibus nubentes succedunt & incubunt thalamũ nominant ¶ Cenaculum dictum a communione vescendi. Vnde et cenobium congregatio. Antiqui enim publice & in cõmune vescebantur·nec vllius conuiuium singulare erat·ne in oculto delicie luxuriã gignerẽt ¶ Triclinium est cenaculum·a tribus lectulis discumbẽtium dictum. Apud veteres enim in loco vbi cõuiuii apparatus exponebatur·tres lectuli strati erant in quibus discũbentes epulabantur. Clinion enim grece lectus vel accubitus dicitur·ex quo confectum est ut tricliniũ diceretur ¶ Cella dicta q̃ nos ocultet & celet ¶ Cubiculum vero q̃ eo cubemus·ibiq; dormientes requiescamus. ¶ Cubile autem cubandi locus est. ¶ Secessus q̃ sit locus secretus·id est sine accessu ¶ Diuersoriũ dictum·eo q̃ ex diuersis vis ibi cõueniatur. ¶ Hospiciũ sermo grecus est·vbi quis ad tempus hospitali iure inhabitat·& iterũ inde transiens migrat. Inde & metatum quia mutatur. Vnde legitur. Et castra metati sunt·pro mutauerũt. Non enim illic permanet exercitus sed ptransit. ¶ Menianus collega crassi in foro

proiecit macerias·ut essent loca in quibus expectantes insisterẽt
que ex nomine eius meniana appellata sunt. Haec sunt solaria·
quia patent soli. Post hec alii lapide·alii maceria edificare porti/
bus meniana & foribus & domib9 adiecerũt ¶ Tabulata olim
lignee domus fiebant·inde nomẽ permanet tabulatorũ ¶ Apo
geum est constructum sub terris edificium·quod nos antrum
vel speluncam dicimus ¶ Solarium dictum·q9 soli & auris pa
teat·qualis fuit locus in quo dauid bethsabee lauantem aspexit
& adamauit ¶ Cum hierosolimam antiochus obsideret·hirca/
nus princeps iudeorũ reserato dauid sepulcro·tria milia talenta
auri inde abstraxit·ex quibus trecenta antiocho dedit·ut obsidi
onem relinqueret·atq; ut facti inuidiam demeret·ferẽ ex reliqua
pecunia instituisse primus xenodochia·quibus aduẽtum susci/
peret pauperum & peregrinorũ. Vnde & vocabulum sumpsit·
Nam ex greco in latinum xenodochium peregrinorũ susceptio
nuncupatur ¶ Vbi autem egrotãtes de plateis colligunt̃ misso/
comion grece dicit̃·in quo consumpta languoribus atq; menis
miserorũ membra fouentur ¶ De. Edificiis sacris ¶ Ca·iii

Sacra sunt loca diuinis cultibus instituta· utpote ea
in quibus altaria litantibus de more pontificibus cõ
secratur ¶ Sancta iuxta veteres exteriora templi sunt
¶ Sancta autem sanctorum locus templi secretior·ad quẽ nul/
lius erat accessus nisi tantũ sacerdotis. Dicta autẽ sanctasancto/
rum, quia exteriori oraculo sanctiora sunt·sicut canticacãticorũ
quia cantica vniuersa precellunt. Sanctum autẽ a sanguine ho/
stie nuncupatum. Nichil enim sanctũ apud veteres dicebatur·
nisi quod hostie sanguine esset consecratum· aut consperſum.
Item sanctũ quod extat esse sancitũ. Sancire ẽ autẽ confirmare
& irrogatione pene ab iniuria defendere. Sic & leges sancte·&
mores sancti esse dicuntur ¶ Propiciatoriũ oraculum inter duo
cherubin. Et dictum ,ppiciatoriũ· quasi propiciatiõis oratoriũ
Propiciatio enĩ placatio ẽ. ¶ Oracula dicta eo q9 inde responsa
reddantur. Et oracula quasi ab ore ¶ Penetralia secreta sunt ora
culorum·& penetralia dicta ab eo quod est penitus·hoc ẽ pene
intus ¶ Oratorium orationi tantũ est consecratũ·in quo nemo
aliud agere debet·nisi ad quod est factũ· vnde & nomẽ accepit.
¶ Monasterium vnius monachi habitatio est. Mono enĩ apud
grecos solus·sterio habitatio vel statio·id ẽ solitarii ¶ Cenobiũ

vero ex greco & latino videtur esse compositum· est enim habi
taculum plurimorum in commune viuentium. Ceno enī grece
commune dicitur. ¶ Templi nomen generale· pro locis enim
quibuscunq; magnis antiqui templa dicebant. Et templa dicta
quasi tecta ampla. Sed & locus designatus ad orientem a con/
templatione templum dicebatur. Cuius partes quatuor erant·
antica ad ortum·postica ad occasum·sinistra ad septentrionem·
dextra ad meridiem spectans. Vnde & quando templum con/
struebant orientē spectabāt equinoctialem·ita ut linee ab ortu
ad occidentem misse fierent partes celi dextra sinistraq; equales
ut qui consuleret ac deprecaretur dominū·rectum aspiceret ori/
entem ¶ Fana dicta a faunis quibus templa error gentilium cō
struebat·vnde consulentes demonum responsa audirent ¶ De/
lubra veteres dicebant templa fontes habentia·quibus ante in/
gressum diluebantur·& appellari delubra a diluendo. Ipa sunt
nunc edes cū sacris fontibus·in quibus fideles regenerati purifi
cātur·et bene quodā presagio delubra sunt appellata·sunt enim
in ablutiōem peccatorum. Fons autem in delubris locus rege/
generatorum est·in quo septem gradus in spiritus sancti miste
rio formantur·tres in descensu·et tres in ascensu. Septimus vero
idem qui et quartus·id est similis filio hominis extinguens for
nacem ignis·stabilimentum pedum·fundamentū aque·in quo
plenitudo diuinitatis habitat corporaliter ¶ Basilice prius voca
bantur regum habitacula·vnde & nomē habent. Nam basileus
rex & basilice regie habitationes. Nunc autem ideo diuina tēpla
basilice nominātur·quia ibi regi omnium deo cultus & sacrifi/
cia offerūtur. ¶ Martirium locus martirii greca deriuatione·eo
q; in memoriam martirum sit constructum·vel q; sepulchra
sanctorum ibi sint martirum ¶ Aram quidam vocatā dixerūt
q; ibi incense victime ardeant. Alii aras dicunt a precationibus
id est quas greci aras vocant. Vnde contra imprecatio satura di/
citur. Alii volunt ab altitudine aras·sed male. ¶ Altare autē ab
altitudine constat esse nominatum·quasi alta ara ¶ Pulpitū q;
in eo lector vel psalmista positus in publico conspici a populo
possit·quo liberius audiatur ¶ Tribunal eo q; inde a sacerdote
tribuant̄ precepta viuendi·est enim locus in sublimi ēstitutus
vnde vniuersa exaudiri possint. Alias tribunal a tribubus deno
minatum·q; ad illud tribus conuocentur ¶ Analogiū dictum

q̃ sermo inde predicetur. Nam logos grece sermo dicitur·q̃ &
ipm altius situm est ¶ De. Repositis ¶ Ca·v

Acrarium ,pprie est locus templi· in quo sacra repo/
nuntur·sicut donarium est in quo collocant̃ oblata·
sicut lectisternia dicuntur vbi homines consedere cõ
sueuerunt. Ab inferendis igitur & deportandis sacris sacrariũ
nuncupatur ¶ Donaria vero eo q̃ ibi dona reponantur que in
templis offerri consueuerunt ¶ Erarium vocatum·qa prius ibi
es signatum recondebatur. Hoc enim olim in vsu erat· auro ar/
gentoq̃ nõdum signato· ex quorũ metallis q̃muis postea facta
fuisset pecunia·nomẽ tamẽ erarii permansit·ab eo metallo vnde
pecunia initiũ sumpsit ¶ Armarium locus est vbi quarũcunq̃
artium instrumenta ponuntur. ¶ Armamentarium vero vbi
tantum tela armorum sunt. Vnde iuuenalis. Quicquid habent
telorum armamentaria celi. Dicta autem vtraq̃ ab armis id est
brachiis quibus exercentur ¶ Bibliotheca est locus vbi reponũ
tur libri. Biblio enĩ grece liber·theca repositoriũ dicit̃ ¶ Promp/
tuarium dictum·eo q̃ inde necessaria victui promuntur id est
proferũtur ¶ Cellarium q̃ in eo colligantur ministeria mensã/
rum·vel que necessaria victui supersunt. Inter promptuarium
autem & cellarium hoc interest·q̃ cellarium est paucorũ dierũ
promptuarium vero temporis longi ¶ Apotheca autẽ vel hor/
rea greco verbo repositoria vel recõditoria dici possunt·eo q̃ in
his homines elaboratas fruges reponunt. Vnde & enthecã gre/
co sermone repositam rei copiosam substantiam appellamus

¶ De. Operariis ¶ Ca·vi

Ergasterium locus est vbi opus aliquod fit. Graeco
enim sermone ergo opera·sterio statio·id est operarii
statio ¶ Ergastulum quoq̃ ipsum a greco vocabulo
nuncupatur·vbi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum
ut solent gladiatores & exules qui marmora secant·& tamẽ vin
culorum custodiis alligati sunt. ¶ Geneceum grece dictum·eo
q̃ ibi conuentus feminarum ad opus lanificii exercendum cõ/
ueniant. Gene enim grece mulier nuncupatur ¶ Pistrinũ quasi
pilistrinum· quia pilo antea tundebant granum. Vnde et apud
veteres nõ molitores sed pistores dicti·quasi fissores·a findendis
granis frumenti·mole enim vsus nondum erat· sed granũ pilo
findebant. Vnde &. Virgilius. Nunc torrete igni fruges·nunc

frangite saxo ¶ Clibanus fornax a cliuo scilicet dictus·ab eo q̃ in erectione sit collectus·cliuum enim ascensum dicimus siue flexuosum ¶ Furnus per deriuationem a farre dictus·q̃ panis ex eo factus ibi coquitur ¶ Torcular dictum eo q̃ ibi viue calcẽ tur·atq; extorte exprimantur ¶ Forus est locus vbi vua calcat̃· dictus q̃ ibi feriatur pedibus. Vnde & calcatorium dicitur·sed hoc nomen multa significat. Prima species fori locus est in ciui tate ad exercendas nundinas relictus. Secunda vbi magistratus iudicare solet. Tercia quã supra diximus quam calcatorium no/ minauimus. Quarta spacia plana in nauibus·de q̃bus virgilius Laxatq; foros ¶ Lacus dictus q̃ ibi decurrit frugum liquor

¶ De. Aditibus ¶ Ca·vii

Aditus ab adeundo dictus·per quem ingredimur & admittimur ¶ Vestibulum ẽ vel aditus domus pri/ uate·vel spacium adiacens edibus publicis. Et vesti/ bulum dictum·eo q̃ eo vestiantur fores·aut q̃ aditum tecto ve stiat·aut obstãdo ¶ Porticus q̃ transitus sit magis q̃m ibi stã/ dum sit·quasi porta & porticus·eo q̃ sit aperta. ¶ Ianua a iano quodam appellatur· cui gẽtiles omnem introitum vel exitum sacrauerunt. Vnde & lucanus. Ferrea belligeri compescant limi na iani. Est autem primus domus ingressus· cetera intra ianuã ostia vocãtur generaliter ¶ Ostium est per quod ab aliquo ar/ cemur ingressu·ab obstando dictum·siue ostium· q̃a ostendit aliquid intus. Alii aiunt ostium appellari· quia hostem moraẽ· ibi enim aduersariis nos obiicimus. Hinc & ostia tiberina· q̃a hostibus sunt opposita ¶ Fores & value claustra sunt. Sed fo/ res dicuntur que foras. Value que intus reuolunntur·& dupli/ ces complicabilesq; sunt. Sed generaliter vsus vocabula ista cor/ rumpit. ¶ Claustra ab eo q̃ claudantur dicta. ¶ Fenestre sunt quibus pars exterior angusta & interior diffusa est· quales in borreis videmus·dicte eo q̃ lucem fenerenẽt. Lux enim grece fos dicitur. Vel quia per eas intus positus homo foras videt. Alii fe nestram putant dictam·eo q̃ domui lucem ministrat·composi tum nomẽ ex greco latinoq; sermõe·fos enim grece lux ẽ ¶ Car do est locus in quo hostium vertitur & semper mouet̃·dictus a potoicardias·q̃ quasi cor hominem totum· ita ille cuneus ia/ nuam regat ac moueat. Vnde et prouerbiale est in cardine rem esse. ¶ Limina ostiorum dicta·eo q̃ transuersa sint ut limes· &

ut per ea sicut in agro aut introeatur·aut foras eatur ¶ Postes et antes quasi post et ante ¶ Et antes·quia ante stant·vel qa antea ad eas accedimus priusq̃m domum ingrediamur. Postes eo q̃ post hostium stent ¶ De.Partibus edificiorum ¶ Ca·viii

Fundamẽtum dictum eo q̃ fundus sit domui. Idem & cementum a cedendo dictum·q̃ crasso lapide surgat ¶ Paries nũcupatus·quia semper duo sunt pares Vel a fronte vel a latere·siue enim tetragonum siue exagonũ sit qui se conspiciũt ex pari erunt·aliter enim structura facta deformis ẽ. ¶ Parietinas dicimus quasi parietum ruinas·sunt enim parietes stantes sine tecto & sine habitantibus. ¶ Angulus q̃ duos parietes in vnum coniungat ¶ Culmina dicta sunt·quia apud antiquos tecta culmo tegebãtur ut nunc rusticani. Hinc tecti summitas culmen dicit̃. ¶ Camere sunt volumina introrsum respicientia·appellate a curuo Camur enim grece curuum est ¶ Laquearia sunt que cameram subtegunt & ornant·que et lacunaria dicũtur.Principaliter autem lacus dicitur·ut lucilius Resultãt edesq̃ lacusq̃.Cuius diminutio lacunar facit· ut oratio Neq̃ aureum mea retinet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunarium·et per antisticon laquearium facit ¶ Absida greco sermone latine interpretatur lucida· eo q̃ lumine accepto per arcum resplendeat. Sed vtrum absidam an absidem dicere debeamus hoc verbi genus ambiguum quidam doctorũ existimãt ¶ Testudo est camera templi obliqua.Nam in modum testudinis veteres templorum tecta faciebãt·que ideo sic fiebãt·ut celi imaginem redderent·quod constat esse conuexum. Alii testudinem volunt esse locum in parte atrii aduersum venientibus ¶ Arcus dicti q̃ sint arta conclusiõe curuati.Ipi et fornices ¶ Pauimenta originẽ apud grecos habẽt elaborata arte picture ¶ Lithostrata paruulis crustis ac tesselis tinctis in varios colores. Vocata autem pauimenta·eo q̃ pauiantur id est cedant̃·vnde & pauor·quia cedit cor ¶ Ostracus est pauimentũ test aceũ·eo q̃ fractis testis calce admixta fiat̃. Testam enim greci ostra dicũt ¶ Compluuium dictum·quia aque partes que circa sunt eo conueniant ¶ Tessele sunt e qbus domicilia sternunt̃·a tesseris nominata·id est quadratis lapillis per diminutionẽ ¶ Bases fulture sunt columnarum·que a fundamẽto consurgunt·& superposite fabrice sustinent pondus. Basem autem nomen petre

fortissime siro sermõe. ¶ Columne ꝑ longitudine et rotũditate vocate·in quibus tocius fabrice põdus erigitur. Antiqua ratio columnarum erat altitudinis tercia pars latitudinum. Genera columnarum rotundarum quatuor·dorice· ionice·tuscanice·corinthee·mensura crassitudinis & altitudinis inter se distantes. Quintum genus est earum que vocãtur attice·quaternis angulis aut amplius paribus laterum interuallis. ¶ Capitella dicta q̃ sint columnarũ capita·sicut super collum caput. ¶ Epistilia sunt que super capitella columnarum ponuntur·et est grecum id est supermissa ¶ Tegule q̃ tegant edes ¶ Et imbrices q̃ accipiant imbres. ¶ Lateres & laterculi q̃ lati formentur·circũactis vndiq; quatuor tabulis. ¶ Canalis ab eo q̃ caua sit in modum canne. Nane canalem melius genere foeminino q̃m masculino proferimus. ¶ Fistule aquarum sunt dicte·q̃ aquas fundant & emittant. Nam stola grece mittere est. Forme earum ꝑ magnitudine aque & capacitatis modo fiunt

¶ De. Munitionibus ¶ Ca·ix

Vnitum vel munimentum dictum· quia manu est factum ¶ Cohors vocata vel quia coercet cũcta que interius sunt id est concludat vel q̃ coerceat obiectu suo extraneos & adire ꝓhibeat. ¶ Vallum est quod mole terre erigitur·ut custodia protendat̃. Dictum autem vallum a vallis Nam valli fustes sunt quibus vallum munitur. Et valli dicti· q̃ figant̃ & euellant̃ ¶ Interualla spacia sunt inter capita vallorũ id est stipitum q̃bus vallum fit. Vnde et cetera quoq; spacia dicunt̃ ab stipitibus scilicet. ¶ Agger est cuiuslibet rei aceruatio· Vnde fosse aut valles possunt repleri. Agger proprie dicit̃ terra aggesta·que vallo facto propius ponit̃ sed abusiue·& muros & munimenta oia aggerẽ dicimus. ¶ Macerie sunt parietes longi quibus vinee alique claudunt̃·longũ enim greci macron dicũt. ¶ Formatũ siue formaciũ in affrica vel hispania parietes e terra appellant·quõm in forma circumdatis duabus vtrimq; tabulis inferciuntur magis q̃m instruuntur· euis durant incorrupti vetis ignibus omniq; cemento fortiores ¶ Sepes munimẽta satorũ sunt·vnde & appellate ¶ Caule munimenta ouiũ vel sepimẽta ouilium·est enim grecum nomen c detracta. Nam graeci aulas vocãt animaliũ receptacula ¶ De. Tentoriis ¶ Ca·x

Abernacula tẽtoria sunt militũ· q̃bus in itinere solis

ardores tempestatesq; imbrium frigorisq; iniurias vitant. Dicta autem tabernacula q̃ cortine distentis funibus tabulis interstã tibus appenderentur q̃ tentoria sustinerent ¶ Tentoriũ vocatũ eo q̃ tendatur funibus atq; palis. Vnde & hodie pretendere dicuntur ¶ Papiliones vocantur a similitudine paruuli animalis volantis· quod maxime habundat florentibus maluis· hee sunt auicule q̃ lumine accenso conueniunt· et circa volitantes ab igne proxime interire coguntur

¶ De. Sepulcris ¶ Ca·xi

Sepulcrum a sepulto dictum. Prius aũt quisq; in domo sua sepeliebat̃. Postea vetitũ est legibus· ne fetore ipo corpora viuentium contacta inficerent̃ ¶ Monumentum ideo nuncupatur· eo q̃ mentem moneat ad defuncti memoriam. Cum enim non videris monumentũ hoc est illud quod scriptum est· excidit tanq̃m mortuus a corde. Cũ autem videris monet mentem· & ad memoriã reducit· ut mortuũ recorderis. Monuméta itaq; & memorie pro mentis admonitiõe dicte ¶ Tumulus dictus quasi tumẽs tellus ¶ Sarcofagus grecum nomen est· eo q̃ ibi corpora absumant̃· sarco enim graece caro· fagos cõmedere dicit̃ ¶ Mausolea sunt sepulcra seu monumenta regũ· a mausoleo rege egiptiorũ dicta. Nam eo defuncto vxor eius mire magnitudinis & pulcritudinis exstruxit sepulcrum· in tantũ ut vsq; hodie omnia monumenta preciosa ex nomine eius mausolea nuncupentur ¶ Piramides est genus sepulcrorum quadratũ· & fastigiatũ vltra omnem celsitud nẽ q̃ fieri manu possit. Vnde & mensurã vnã vmbraq̃ egresse· nullam habere vmbrã dicunt̃. Tali autẽ edificio surgunt· ut a lato incipiãt· & in angusto finiant̃ sicut ignis. Nir enim dicit̃ ignis· has egiptus habet. Apud maiores enim potentes aut sub montibus aut in mõtibus sepeliebant̃. Inde tractum est ut super cadauera aut piramides fierent· aut ingentes columne collocarentur

¶ De. Edificiis publicis ¶ Ca·xii

Casa est agreste habitaculum· palis atq; virgultis harundinibusq; contextũ· q̃ bus possint homies tueri a vi frigoris atq; caloris iniuria. ¶ Tugurium casula ẽ quam faciũt sibi custodes vinearũ· ad tegimẽ sui· quasi teguriũ· siue propter ardorẽ solis & radios declinandos· siue ut inde vel homines vel bestiolas q̃ insidiari natis solent frugibus abigant Hanc rustici cauannam vocãt· q̃ vnũ tantum capiat ¶ Tescua

quidam putant esse tugurria·quidam loca prerupta & aspera.
¶ Magalia edificia numidarum agrestium oblonga· incuruis
lateribus tecta quasi nauiū carine sunt· siue rotunda in modū
furnorum. Et magalia dicta quasi magaria·quia magar punici
nouam villam dicunt·vna littera cōmutata l pro r magaria
tuguria ¶ De. Agris ¶ Ca·xiii

Ager latine appellari dicitur eo q̄ in eo agatur aliq d.
Alii agrum pro greco nominari manifestius credūt
Vnde & villa grece coragros dicitur ¶ Villa a vallo
id est aggere terre nuncupata·quod pro limite constitui solet.
¶ Possessiones sunt agri late patētes publici priuatiq̄·quos ini
tio non mancipatione·sed quisq̄ ut potuit occupauit atq̄ posse
dit. vnde & nuncupati ¶ Fundus dictus q̄ eo fundatur & sta
biliatur patrimonium. Fundus autem & vrbanum edificium
& rusticanum intelligēdum est ¶ Predium q̄ ex omnibus pa
trifamilias maxime preuidetur id est apparet· quasi p̄uidium·
Vel q̄ antiqui agros quos bello ceperunt·in prede nomine ha
bebant. Omnis autem ager ut varro docet quadrifarie diuidit·
¶ Aut enim aruus est ager·id est sationalis ¶ Aut consitus id
est aptus arboribus ¶ Aut pascuus· qui herbis tantum & ani/
malibus vacat ¶ Aut floreus·quod sunt horti apibus congru/
entes et floribus. Quod & iam virgilius in quatuor libris geor
gicorum secutus est. ¶ Rura veteres incultos agros dicebant id
est siluas et pascua. Agrum vero qui colebatur. Nam rus ē quo
mel·quo lac·quo pecus haberi potest. Vnde et rusticus appella
tur. Hacc agrestium prima & ociosa felicitas ¶ Seges ager est
in quo serit. Vnde & virgilius. Illa seges demum votis respon/
det auari. Agricole ¶ Compascuus ager dictus·q̄a diuisoribus
agrorum relictus est ad pascendum cōmuniter vicinis ¶ Allu/
uius ager est quē paulatim fluuius in agrū reddit ¶ Arcifinius
ager dictus est·quia certis linearum mensuris non continētur
sed arcentur fines eius obiectu fluminum· montium·arborum
Vnde & in his agris nichil subsciuorum id est ciborū interue/
nit ¶ Noualis ager est primum proscissus·siue qui alternis an/
nis vacat·nouandarum sibi virium causa. Noualia enim semel
cum fructu erunt·& semel vacua ¶ Squalidus ager quasi exco
lidus·q̄ iā a cultura exierit·sicut exconsul q̄ a ꝓsulatu discesserit
¶ Vliginosus ager est semper vuidus. Nam humidus dicitur

qui aliquando siccitur. Vligo enim humor terre est naturalis· ab ea nunq̃m recedens. ¶ Subsiciua sunt proprie que sutor de materia precidens quasi supuacua abiicit. Inde & subsiciua agri quos in partica diuisos recusant quasi steriles vel palustres. Ité subsiciua que in diuisura agri non faciũt centuriã id est iugera ducenta ¶ Area dicitur tabularum equalitas. Dicta autem area a planicie atq; equalitate·vnde et ara. Alii aream vocatam dicũt q; pro triturandis frugibus eradatur·vel q; non triturẽtur in ea nisi arida. ¶ Pratum est cuius feni copia armenta tuentur· cui veteres romani nomen indiderunt·ab eo q; protinus sit paratũ· nec magnum laborem culture desideret. Prata aũt sunt q̃ secari possunt. ¶ Paludes dicte a pale pastorali dea·q; paleam id est pabula nutriat iumentorũ ¶ De. Finibus agrorũ ¶ Ca xiiii

Fines dicti·eo q; agri funiculis sint diuisi. Mensurarũ enim linee in terrarum particione tenduntur· ut di/ mensionis equalitas teneatur ¶ Limites appellati a n tiquo verbo transuersi. Nam transuersa omia antiqui lima vel limina dicebant·a quo & limina ostiorum·per que foras et in/ tus itur. Et limites q; per eos i agros foris eatur. Hinc & limes vocabulum accipit ¶ Cingulum quo serui publici cingebãtur obliqua purpura ¶ Termini dicti·q; terre mensuras distiguũt atq; declarant. His enim testimonia finiũ intelligunt̃ et agrorũ intentio & certamen auferẽt. Limites maximi in agris sunt duo cardo & decumanus. ¶ Cardo est qui a septentrione directus a cardine celi est. Nam sine dubio celum vertit̃ in septẽtrionali orbe ¶ Decumanus est qui ab oriẽte in occidentẽ per transuer/ sum dirigitur·qui pro eo q; formas decem faciat decumanus ẽ appellatus. Ager enim bis diuisus figuram denarii numeri effi cit ¶ Arca ab arcẽdo vocata·fines enim agri custodit·eosq; adire prohibet ¶ Trifinium dictum· eo q; trium possessionum fines astringit. Hinc & quadrifinium quod quatuor. Reliq limites angustiores & inter se distant imparibus interuallis & nomi/ nibus designatis ¶ De. Mensuris agrorum ¶ Ca·xv

Mensura est quicquid põdere·capacitate· longitudine altitudine·latitudine animoq; finitur. Maiores itaq; orbem in partibus·partes in prouinciis· ,puincias in regionibus·regiões in locis·loca in territoriis·territoria in agris. agros in centuriis·centurias in iugeribus· iugera in climatibus·

deinde climata in actus particas·passus·gradus·cubitos·pedes·
palmos·vncias & digitos diuiserunt·tanta enim eorũ fuit soler
tia ¶ Digitus est pars minima agrestium mensurarum ¶ Inde
vncia habẽs digitos tres ¶ Palmus autem quatuor digitos ha/
bet ¶ Pes sedecim digitos ¶ Passus pedes quinq; ¶ Partica pas
sus duos id est pedes decem. Partica autẽ a portãdo dicta·quasi
portica. Omnes autem precedentes mensure in corpore sunt·ut
palmus·pes·passus & reliqua·sola partica portatur·est enim·x·
pedum·adinstar calami i ezechiele templũ mensurãtis ¶ Actus
est minimus·latitudine pedum quatuor·longitudine centum
viginti ¶ Climata quoq; vndiq; versum habẽt pedes quinqua/
ginta ita ¶ Actus quadratus vndiq; finitur pedibus cẽtum vi/
ginti ita. Nũc betici arapenne dicunt·ab arãdo scilicet ¶ Actus
duplicatus iugerum facit·& ab eo q; est iunctum iugeri nomẽ
accepit ¶ Iugerum autem constat longitudine pedum ducento
rum quadraginta·latitudine centum viginti ita. Actum ,puin/
cie betice rustici agrum vocant. ¶ Porcam vero betici triginta
pedum latitudine·& cẽtũ·lxxx·longitudine definiunt ita. Sed
porca est quod in arando extat quod defossum est. At galli cã/
decum id est candidum appellant in arcis vrbanis spacium cen
tum pedum·quasi centecum vel centacum. In agrestibus autẽ
pedum centum quinquaginta· quod aratores vel quadratũ vel
iustum candecum id est candidum vocant. ¶ Porro stadialis
ager habet passus centum vigintiquinq;· id est pedes·dc·xxv·
cuius mensura octies computata miliarium facit·quod constat
quinq; milia pedibus ¶ Centuria autem ager est ducentorum
iugerum·que apud antiquos a centum iugeribus vocabat·sed
postea duplicata est· nomenq; pristinum retinuit. In numero
enim centurie multiplicate sunt·sed nomẽ mutare nõ potuerũt

De. Itineribus ¶ Ca·xvi

Ensuras viarum nos miliaria dicimus· greci stadia
galli leucas ·egiptii signes perse parasangas·sunt autẽ
proprio queq; spacio ¶ Miliarium mille passibus ter
minatur· & dictum miliarium quasi milleadium· habẽs pedes
quinq; milia ¶ Leuca finitur passibus mille quingentis ¶ Sta/
dium octaua pars miliarii est constans passibus centum vigin
tiquinq;. Hoc primum herculem statuisse dicunt·eumq; spacio
determinasse·quod ipe sub vno spiritu confecisset·ac ,pinde sta/

dium appellasse· quōm ī fine respirasset simulq; stetisset ¶ Via
est qua potest ire vehiculum·& via dicta a vehiculorū incursu
Nam duos actus capit propter euntium & venientiū vehicu/
lorum occursu. Omnis autem via aut publica· est aut priuata.
¶ Publica est que in solo publico est·quae inter actus populo
patet. Haec aut ad mare aut ad oppida pertinet ¶ Priuata ē que
vicino municipio data est. ¶ Strata dicta·quasi vulgi pedibus
trita. Lucrecius. Strataq; iam vulgi pedibus detrita viarum. Ipa
est et dilapidata id est lapidibus strata. Primum autem peni di
cuntur lapidibus vias strauisse. Postea romani eas per omnem
pene orbem disposuerunt propter rectitudinem itinerum·et ne
plebs esset occisa ¶ Agger est media strate eminentia coaggera/
tis lapidibus strata·ab aggere id est coaceruatione dicta· quam
historici viam militarem dicunt·ut. Qualis sepe vie deprensus
in aggere serpens ¶ Iter vel itus ē via·quasi iri ab hoīe quaqua
versum potest ¶ Item valitus est via qua iri ab hoīe nequaq̄m
vsu potest. Iter autem & itiner diuersam habent significationē.
Iter enim est locus transitu facilis. Vnde & appellamus itum.
¶ Itiner autē est itus longe vie & ipe labor ambulandi·ut quo
velis peruenias ¶ Semita itineris dimidium ē·a semi itu dicta.
Semita autem hominum ē calles ferarum & pecudum. Callis
est iter pecudum inter mōtes angustum & tritum a callo pecu/
dum vocatū·siue callo pecudum per duratum. Tramites sunt
transuersa in agris itinera siue recta via dicti siue q̄ transmittāt
¶ Diuortia sunt flexus viarū ·hoc est vie in diuersa tēdentes
Eadem diuticula sunt hoc ē diuerse ad diuise vie siue semite trās
uerse que sunt altere vie ¶ Biuiū quia duplex ē via. Cōpeta qa
plures in ea competunt vie quasi triuie quatrie. Ambitus inter
vicionum edifficia locus duorum pedum & semipedis ad cir/
cuendi facultatē relictus & ad ambulando dictus. Orbita ves/
tigiū carri ab orbe rote dicta· Porro actus quo pecus agi solet
Cliuosum iter flexuosum. ¶ Vestigia sunt pedum signa p̄mis
plantis pedum expressa·vocata qd̄ his vie precurrentiū insti/
gentur·id ē cognoscantur ¶ Explicit liber quindecimus